Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



rum

Deus qui beatum mathiam
apostolum tuos collegio so
cietati tribuisti quesumus ut eius in
tercessione tue ecclesie nos pietas
semper visceratis semper amantes
dominum. Lectio actuum apostolorum
In diebus illis exsurgens
petrus in medio fratrum dixit
fuit autem turba hominum simul
fere centum viginti. Viri fratres
oportet impleri scripturam quam
predixit spiritus sanctus per os dauid
de iuda qui fuit dux eorum qui
comprehenderunt iesum qui connu
meratus est in nobis et sortitus
est sortem ministerii huius. Et hic
quidem possedit agrum de
mercede iniquitatis et suspen
sus crepuit medius et
diffusa sunt omnia viscera eius
et notum factum est omnibus hi
tantibus in hierusalem ita ut appel
laretur ager ille lingua eorum
Acheldemach hoc est ager
sanguinis. Scriptum est enim in li
bro psalmorum fiat commora
tio eius deserta et non sit qui
habitet in ea et episcopatum
eius accipiat alius. Oportet
ergo ex hiis viris qui nobiscum
sunt congregati in omni tempo
re quo intravit et exivit inter
nos dominus incipiens ab
baptismate iohannis usque in
diem qua assumptus est a no
bis testem resurrectionis eius
nobiscum fieri unum ex istis.
Et statuerunt duos ioseph
qui vocabatur barsabam qui
cognominatus est iustus et
mathiam et orantes dixerunt
Tu domine qui cordia nosti omnium
ostende quem elegis ex istis duo
bus unum accipere locum ministerii
huius et apostolatus de quo
prevaricatus est iudas ut ab
iret in locum suum. Et dederunt
sortes eius et cecidit sors super
mathiam. Et annumeratus est cum un
decim apostolis. Gb. Omnis honor
Tractus. Qui seminat in Infa
Nullo tempore respondens iesus
dixit. Confiteor tibi pater domine
celi et terre quia abscondisti
hec a sapientibus et prudenti
bus et revelasti ea parvulis
ita pater quoniam sic fuit placitum
ante te. Omnia mihi tradita